

plura quædam est, & cuius nobis mutatio-
nes innumeræ & quasdam quasi vicissitu-
dines singulis ferè hominum etatibus licet
animaduertere; quæ prius eloquentia, tum
verò Philosophia, ceterarumq; optimarum
artium laus vigit in Græcia, ea Romanis
quasi per manus tradita ad alias atq; alias
gentes sensim delapsa est. Ac fuit tempus,
cum & iuris ciuilis, & liberalium discipli-
narum omnium studia non floreret sed fer-
uerent in Gallia; eog; tamquam ad bona-
rum artium mercatum undiq; consuerent
ex Germania, Britānia, Polonia, Bohemia,
alijsq; Europæ gentib. adolescentes nobilissi-
mi: in quorū numero memini me videre ex
Moravia vestra præcipue nobilitatis viros,
qui si hoc tēpore Galiam intuerentur, quā
olim opibus, legib. & præclaris institutis atq;
ad eō omni doctrinarum genere beatam vi-
derunt atq; admirati sunt, certè vel in Gal-
lia Galliam ipsam nunquam agnoscerent,
vel ruinas istas, incēdia, clades, parietinae,
ipsum deniq; Gallie funis lacrymis & la-
etu nobiscum, quæ pietas eorū est, prosequen-
tentur. G A L L I A E S T T E S T I S:



spectat utilitas, verum etiam ad Theologos, ad Canonistas, ad alios deniq^z homines innumeros, sed ad eos maximè qui in munib^z & administratione Reipub. versantur: in quac^e dignitates olim amplissimas ad securum speramus nos, in quorum annis excitaſi non iam expectionem tui, sed amorem & admirationem incredibilem. Quocirc^a par est, maturè tuas aures talibus undiq^z vocibus circumsonare. Egregia certè tuis indoles ac propè iam adulta & maior etate virtus facit, uti mihi persuadecam, studia ista nostra non esse supra caput ingenij tui. Hanc Deus indolem perducat ad frugem & maiuritatem: dec̄q^z tuis virtutibus incrementum, pro sua clementia & voto nostro, maximum. Vale Baro Ladislac generosiss. & optime. Auguste Raurae, IX. Kal. Septemb.

clo Io xciii.



F R. H O T M A N N I
I. C. DE CASTIS INCE-
S TI'S VE N V P T I I S
DISPVTATIO: CVIVS PRI-
MA PARS EST
DE GRADIBVS COGNA-
TIONIS.

De graduum cognationis enumeratio-
nione ex iure ciuili Rom.

C A P V T I.

DE vniuerso sponsaliorū ac
nuptiarum iure diligenter
accurateq; scripturus, ope-
ræpretiū videtur primum
omnium graduum cognationis ratio-
nem exponere: veteremq; nostrā hac
de re tractationē hoc loco renouare.

Igitur Cognatio generali nomine, est
ius quoddā inter certas personas, quæ
vel natura, vel adoptione cognatæ
sunt, legibus institutum. nam eius tres
sunt species: Naturalis, Ciuilis, & Cō-
iuncta, quæ vtroq; iure constat. Natu-
ralis cognatio perse, est communio
sanguinis extra nuptias quæsita, sed

A

ALTERA PARSE ST,

DE

GRADIBVS ADFI-
NITATIS.*Adfinitatis definitio, & diuisiones.*

CAPUT I.



DEFINES sunt (ut Paulus ait) viri & vxoris cognati. *I. 4. §.*
7. D. de grad. quod sanè perquam præcisè & obfuscè icriptum videtur. nam cùm adfines ex eo dici subiugat, quod vñus aliquis ex diuersa cognatione ad fines alterius accessit per nuptias, quemadmodum adfines in agris dicuntur ijdemū, qui confines agros possident. *I. pen. D.*
fin. reg. vicinorum autem vicini inter se vicini nō sunt, eodē modo ijdemū adfines sunt, qui per nuptias inter se propinquifacti sunt, vt apud Paulū ita potius legendum esse videatur : Adfines sunt viro vxoris cognati; vicissim q; adfines sunt vxori viri cognati. cuius mendī quamplurima quoq; apud Paulum inrepsif-

se differuimus: nunc ordine ad Sponsalia, tum verò ad Nuptias accedamus.

PARS TERTIA, QVAM EST

DE

SPONSALIBVS.

Notatio nominis & definitio Sponsaliorum proponitur & explicatur.

CAPUT I.



PONSALIA à spondendo dicta esse, video inter omnes conuenire: propterea quòd veteribus plerumq; moris fuit, stipulari & spondere sibi uxores futuras. Vnde Sponsorū & Spōsarum nomina: vt ait *I. I. I. 2. I. 3. D. h. t.* quod idem Ser. Sulpitius tradit apud Agell. *lib. 4. c. 4.* eiusque consuetudinis existant exempla in *I. si stipuler. 35. D. de verb. oblig.* & apud Plautum in Pœnulo:

*A. Audit u patrue, dico ne dictum neges:
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
P. pactam rem habeto. Asspondeasne igitur?*

PARS QUARTA, QVAE EST

DE

RITV NVPTIARVM
& iure matrimoniorum.

Matrimonium inter & Nuptias differentia, & utriusque definitio proposita.

CAPVT I.

PRIMVM illud obseruādum est, quamvis matrimonij & nuptiarum nomina interdum promiscuē usurpentur : *velut in §. 1. Inst. de pat. potest. & l. sita, 10. l. eos qui, 65. D. h. t.* hanc inter illa differentiam obseruari posse, quod Matrimonium est conuentio inter virum & vxorem, de perpetua vitæ societate: Nuptiæ verò, celebratio Matrimonij, quæ certo ritu pro varijs cuiusque ciuitatis legibus instituta est. *l. pen. D. de don. int. vir. & vx.* Similiterque Matrimonium à Nuptijs distinguitur *in d. l. sita, & l. seq. D. h. t. §. si aduersus, de nuptijs. l. inter eos, 27. D. de don.*

ret M. Antoninum fratri vxoris sue filium. Quod idem de propatris, proauunculis, proamitis, promaterteris, ceterisque superioribus intelligendum est. Conferuntur autem inter se hoc modo:

<i>Lcuius, frater mariti</i>	<i>Fratria, fratri vxoris</i>
<i>Fratria, fratri vxoris</i>	<i>Glos soror mariti</i>
<i>Sororius, sororis maritus</i>	<i>Profrater, frater vxoris</i>
<i>Sororius, sororis maritus</i>	<i>Pro soror, vxoris sororis.</i>

QVINTA, ET POSTREMA PARSEST,
DE
SPVRRIIS, ET LEGITIMATIONE.

Spuriorum definitio, nominis notatio, & divisiones multiplices.

CAPUT I.



Pvrius, generale nomen est, quod ijs omnibus convenit, qui sine patre iusto nati sunt. cuius appellatio nis originem haud scio an satis commodè Iurisconsulti ad Græcam notationem retulerint: quasi qui

L E C T O R,

Disputationem de Dotibus &
vniuerso earum iure, ítemque de
Donationib. omnium generum
a Fr. Hot. conscriptam habe-
bis in libro Disputat.
iuris ciu,